



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lotus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

dentem irrepserat. Romani exciti impetum in dormientes faciunt, eosque cadunt, & clade scediffi-
 A ma fugant, potitq; victoriam, sacrum id instituire, ut ancilla matronis æquatæ Iunoni, quam à Ca-
 pitulo Caprotinam appellavere, sacrificarant. Ad hoc sacrum respexit Ovid, cum in arte dixit;
*Porrige, & ancilla qua pennis luce pependit,
 Lusa maritali Gallica veste manus.*

DE LOTO. CAP. XXXIV.

INER arborum significata nulli apud Ægyptios major honos habitus quam Loto mirificæ omni-
 no arbori, & quæ magnam cum cœlestibus consensum habeat, sitque veluti nostrarum rerum ad
 superos internumcia.

ORTUS SOLIS. CAP. XXXV.

ERAT vero Lotos apud Ægyptios Sacerdotes exorientis primum Solis imago quædam, ubi in-
 strictionem in ea residentem appoluisse: hinc utiq; vapores illos matutinos, qui à Sole moventur, *Hæc à Theo-
 phrasio lib. 10. de plantis.*
 significatum, exortum quippe, Lotos indicat: idque inde sumptum crediderint, quod ea ante Solis
 emerulum implicata folia habeat, quæ quidem ita sensim exsnuantur aperiunturq; , uti magis & ma-
 gis tollitur jubar Solis: maxime vero panduntur, ubi medium Deus iter emensus est. Eodem vero
 decedente, folia ipsa vicissim contrahuntur, complicariq; incipiunt, ac insinuari, veluti nulli patere
 velli ut quam numini quod venerantur, atq; ita quibus licet modis, eo abeunte sese intra clausura co-
 hibeant. Quod, ut Proclus ait, observatum à Magis, ut nulla prorsus contatione sacram eam esse A-
 pollini credentem, effecit.

VESTALIIUM INITIA. CAP. XXXVI.

ERAT & Romæ maxima in celebritate Lotos capillata, cui Vestalium virginum capilli cæsi defe-
 rebantur, veluti puerum adolescentium Apollini, vel Esculapio ejus filio. Græci vero flumini-
 bus patris casariam offerbant, illis eam dicebant, offerbantq; , quod quandam omnino cum Lo-
 torationem alimonie præ se ferebat, perinde ac arbor ipsa felix cognominata, tum ea, quam superius
 attulimus ratione, quod Deo tam familiaris habeatur, ut sedes ejus statuatur, tum quod irriguo sem-
 per solo pullulet. Neq; me fugit quas arbores Verranius dixit felices, sed quæ ille scripsit, ad augu-
 ralem disciplinam retulit. Nobis hæc Ægyptiaca de ipsius naturæ vi satis fuerit desumpsisse.

DEI ADVENTUS. CAP. XXXVII.

UT vero ad Solis ortum revertamur, minime prætereunda est Memnonis statua sedens, nigro
 lapide, quæ magna religionis celebritate in Æthiopia visebatur in quam ducem ipsum postea
 quam ab Achille confossus fuit, transmigratum fabulantur. Erat ei diei advenientis indicium, ut Au-
 rora filius maternum officium imitaretur. Eo autem artificio fabricata erat, ut Sol primo statim or-
 tu radios suos in os ejus ejacularetur, ac veluti plectrum aliquod ibi sonam excitaret, vocalique si-
 gnificatione jam adesse Deum annunciarat.

MUNDI MOLES PLENA DEO. CAP. XXXVIII.

ALTI mundi molem ex ea specie, Deumq; in ejus medio compositum residentemque intelligere
 maluerunt. Interpretatur hoc Jamblichus ad Porphyrium scribens: commentumque hoc i deo
 ab Ægyptiis excogitatum ait, quod Lotos limosis præcipue locis fructificet, sitque in primis aquati-
 ca: quod veteres illi præcipuum generationis argumentum contendebant, qui Oceanum rerum pa-
 rentem omnium dicitarent. Observaverant autem in ea demum omnia orbis ulata & rotunda, quip-
 pe folia atq; poma, ex qua quidem effigie perfectissimaque forma mentis actionem perfectioni in-
 tentam ostendi profitebantur. Deum verò infantili ætate, utpote unicum atque perpetuum rerum
 omnium principium, nullo conficiendum senio, neq; ipsum ulli, ætatem variantiæ obnoxium, super
 actio-
 Divis.

O o o o